7344 apud Himeram in effodiendis moenibus non ita pridem repertus lapis AVGVST. PINELL.; lapis aetate mea in effodiendis moenibus (Thermarum Himerensium) rep., super quo statua marmorea fuit, ut pedum vestigia impressa ostendunt; postea exportatus Panhormum collocatusque primum in aedibus Alfonsi Roys, hodie vero in aedibus Guillelmi Pujades MARTINES. Panhormi pro rostris GVALT. Hodie ibi in museo n. 71.

L · ACILIO · L · F · QVI
R V F O
Q · PRO · PR · PROVINC ·
SICIL · TR · PL · PR ·
PRAEF · FRVM · DAND
EX · S · C

HISPELLATES · PVBLIC
D · D
P A T R O N O

Recognovi. Ant. Augustinus cod. Matr. f. 101 et Pinellius cod. Ambr. D 199 f. 55 (a Pinellio Grut. 344, 8); Martines ms. p. 356; Gualterus n. 5 = 162 (inde Mur. 666, 4. 1050, 6); Noto p. 43; Torremuzza *statua scop. ad Alesa* p. 38, Pal. n. 30, Sic. V, 1.

Idem videtur Acilius Rufus qui cos. designatus in senatu sententiam dixit a. 105 vel 106 (Plinius ep. 5, 20. 6, 13). Hispellates statuam ei Thermis potissimum ideo videntur posuisse,' quod origine Thermitanus fuit. Cognominem duovirum nominat lapis supra n. 7210 adservatus Mazarae positus fortasse a colonis Thermitanis.

7345 in vestibulo templi recentioris parieti fixa tabula MET.; in parochiali aede FAZ. GVALT. Nunc in museo.

C · MAESIO · AQVILLIO
FABIO TITIANO · C · V · COS
OPTIMO CIVI AC PATRONO BENE ME
RENTI ORDO ET POPVLVS SPLEN
*d*IDISSIMAE COL AVG HIMEREORVM
*the*RMIT PECVNIA SVA POSVIT

Recognovi. Marius Aretius de situ Siciliae 1542 f. 40' (ex eo Scaliger cod. Papenbroek. p. 272; Grut. 433, 6 ex Aretio et Theveto); Fazellus dec. 1 l. 9 p. 194 ed. 1558; Alberti *isole app. all' Italia* ed. 1561 f. 45 (ex eo Thevet *cosmogr. univ.* 1575 vol. 2 f. 751); Gualterus n. 81 = 239 (ex eo Fabretti 119, 6); Dorville Sic. p. 581 n. 3; Tardìa ms. E 171; Torremuzza V, 24 = 25 qui excripsit a. 1766; Romano *antich. trov. in Sicilia* 1854 p. 21.

Variam lectionem adscripsi plenam Aretii Fazelli Albertii Gualteri Tardìae Torremuzzae. — 1 G· Aret. — AQVILIO Aret. Faz. Alb. — 2 C·V·COS] LYCOS Alb. — 3 CIVI om. Alb. — AC] ET Faz. Torr. — 4 RENT Gualt. Torr. — ORD Aret. Torr. — SBLEN Aret. — 5 DIDISSIMAE plerique, DIDISSIME Aret. Faz. — HIMERORVM Aret., HIMOREORVM Alb. — 6 ut ego Alb. Gualt. Tard., TERMIT Aret., THERMIT Faz. Torr.

7346 Thermis in aede divi Petri FAZ., in pariete praetorii GVALT. Nunc in museo.

T I T I A N O · C · F · C · M A E S I
T I T I A N I · ET · F O N T E I A E
F R O N T I N A E · C O N S V
L A R I V M · F I L I O
P A T R I C I O · O B · H O N O
R E M · T O G A E · V I R I L I S
CLODIVS · RVFVS · EQVES · ROMANVS
AMICO · SVO · INCOMPARABILI

Recognovi. Fazellus dec. 1 l. 9 p. 194 ed. 1558 (inde male Reines. 6, 62); Gualterus n. 85 = 244; Dorville Sic. ms. et ed. 582, 6; Tardìa ms. E 171 qui vidit a. 1766; Torremuzza V, 37 = 38 qui item ait vidisse se a. 1766.

Supra non rupta est, sed secta.

7347 Termini GVALT.; iuxta aedem S. Iacobi FAZ. Panormi in museo Iesuitarum TORR. Iam in publico.

SECVNDO · XX · HER ·
VIL · SVMMAR · VR
B A N A E · M A T R I ·
C L Y M E N E · COG ·
PRIMIGENIVS · XX · HER·
SE

Recognovi. Fazellus dec. 1 l. 9 p. 194 ed. 1558 (inde Reines. 13, 43); Gualterus n. 101 = 259 (inde Fabretti 36, 178; Mur. 975, 11); Torremuzza Pal. n. 90, Sic. VI, 10 = 14.

Secundo (vicesimae) her(editatium) vil(ico) summar(um; intellege patri), Urbanae matri, Clymene cog(natae) Primigenius (vicesimae) her(editatium) se[*rvus*] . . .

7348 Thermis intra praetorium.

M · CESTIO · P · F · CLA
PRIMO · PILO · PRAEF
FABRVM · TRIB · MIL
IIVIR · EX · D · D

Servavit Gualterus n. 96 = 254. Inde Mur. 689, 3; Torremuzza Sic. IX, 6 = 7.

7349 basis alta met. 1.20. Termini rep. m. Oct. a. 1879 *nel piano della chiesa maggiore vicino al diruto castello.*

CN · POLLIENO · CN F
TR · MIL
LEGIO · XII

Salinas misit ediditque apud Fiorellium *not. degli scavi* 1879 p. 287.

Intelleguntur fortasse veterani legionis XII post victoriam Actiacam deducti Patras in Achaia (vol. III p. 95).

7350 litteris antiquis et profundis. Termini rep. a. 1876 prope castellum dirutum iuxta ecclesiam cathedralem.

cn. p|OLLIENO
t|R · MIL
c. r. et a|THENIENSES

Recognovi et ad ectypum et ad ipsum lapidem. Ed. Salinas apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1876 p. 95 et melius p. 147.

Supplementum aliud non inveni. At cum a titulo dedicato ab ipsis Atheniensibus usus linguae Latinae abhorreat neque una littera hiatus versus tertii satis expleatur, supplementa ita formavi, ut titulum dedicarint cives Romani Athenis consistentes (quamquam id ipsum aegre desideratur) et Athenienses. Similia composui Eph. epigr. vol. 4 p. 43.

7351 Thermis fragmentum principia vv. 4. 5. 6 continens repertum est a. 1783 TORR. Hodie fragmenta omnia sunt in museo.

O S E X
O · PRAEF · FAB*r trib. mil*
leg XII *ful*MINATAE · PR*o c aug*
C A E S A R *s* CYPRI · PRAEF · C*hortis*
EQVITATAE ET · I V L I A*e*
M · LIVIVS · MACEDONIC
L

Coniunxi et descripsi. Fragmentum principia vv. 4. 5. 6 continens ed. Torremuzza Sic. in add. ed. 2 p. 331 acceptum a Liborio Rini; omnia, sed disiuncta, Romano *giorn. di scienze* 28 (1829) p. 305.

7352 Thermis effossa a. 1768 et collocata in fronte curiae TORR. Hodie in museo.

ANTIAE M F CLEO
PATRAE SACERDOT
EX VOLVNTATE POP
D D INPENSA PVB
REMISSA CVIVS D*e*
DICATIONE PLE*beis*
SINGVLI DEC*uri*
ONVM FILIS *bini*
DECVRIONI*bus*
QVINI DEN*arii*
DATI SVNT

Recognovi. Torremuzza Sic. VIII n. 11 = III n. I.

Antiae M. f. Cleopatrae sacerdoti ex voluntate pop(uli) d(ecreto) d(ecurionum), inpensa pub(lico) remissa. Cuius d[*e*]*dicatione ple*[*beis*] *singuli, decu*[*ri*]*onum filis b*[*ini*], *decurioni*[*bus*] *quini den*[*arii*] *dati sunt.*